

paret; tunc enim tanto cum impetu expellitur quod retentum erat, ut caput infantis post vitiosum atque difficultem partum in utero relictum, excitataque sternutatione ejectum, muliere humi super pulvinaria jacente ad octodecim pedes sphaeræ instar ligneæ se rotasse viderit *Henricus ab Heer obs. 14. dan. obs. 14. p. 138.*

V. IMBECILLITAS PARTURIENTIS quacunque de causâ, sive à morbo acuto, sive ab evacuatione nimia, sive aliâ quâpiam re vires dejicere valente. Parturiente quippe imbecilla & fœtus særissimè non rectè valet, & si maximè valeret, tamen cum virtute propriâ ipsi enitendum sit, fieri non potest, quin partus diutius protrahatur, difficiliorque evadat. Hinc *Hippocrates 5. apb. 55. ὁκόσαγέν γαστὶ ἔχεσαγ τοιο* σπρετῶν λαμβάνονται, οὐδὲ ισψυχῶς ιχναίνονται ἀνευ θεοφασίᾳ Θανερη̄, τίκτυσιν χαλεπῶς, οὐδὲ ἀπικυνδύνως. Quaecunque utero gerentes febribus decinentur & vehementer citim manifestam causam extenuantur, difficulter & cum periculo pariunt.

## CAPUT VII.

### Differentias proponit.

**D**IFFERENTIÆ desumuntur vel à formâ, vel à materiâ vel à subiecto.

Ratione FORMÆ, alius partus difficilis est *Naturalis* cum fœtus situm atque conformatioñem naturalem obtinet, & tantummodo vel ratione magnitudinis, vel alterius cuiusdam accidentisculpa difficilis evadit; vel *Prætermaturalis*, ubi vel situs, vel conformatio præternaturales existunt; quippe si aliter quam naturali modo fœtus exeat, partus necessario vitiosus est, & præter naturam teste *Galen 14. de usu part. cap. 17-*

NATURALIS autem fœtus ex utero exitus est, si is capite prius prodit; hic enim partus ut frequentissimus, ita etiam tutissimus existit. Reliquerū figuræ omnes, quæ ad dua genera referuntur ab *Hippocrate Agripparum & Transversorum*

D 2

vicio-